



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Oratio Meleagri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

ve victoriam partam inter hos, de quibus parta est, obtinere possumus. *Carite opus est.* Hoc ne vno, an pluribus in vestra potestate est. Illud scire debetis, *militarem sine duce turbam, corpus esse sine spiritu.* Sextus mensis est, quo Roxane praegnantis est. Optamus, vt matrem enitatur, cuius regnum Dijs approbantibus futurum, quandoeunque adoleuerit. Interim, a quibus regi velitis destinare.

## O E C O N O M I A

orationis.

**I.** Haec oratio valde orata est, & civilis, praefert enim insignem moderationem, & fidem ipsius Perdicæ, quod magnum erat amoris, & benevolentia tenacium. Atque ut à Principe viro resecta sententias habet verba pressa, rebus magnas, vt cum dicit Alexandrum commo datum terris, non datum, Obseruatum est (inquit) Fabius lib. 6. esse nescio quam, quæ spectantitas decerpat, inuidiam. Ne videlicet ultra, quam homini datum est nostra prouehantur. Deinde, quod habet. Militarem sine duce turbam, corpus esse sine spiritu, Rectè ad mentem Seneca, qui de Imperatore ait, Is est spiritus, quem tot millia trahunt. Examinon- dus apud S. Maximum, serm. 9. de Magistratu, & potestate, cum magnum, & pulchrum videret exercitum sine duce. Quanta (inquit) bellua caput nullum habet.

## ORATIO PTOLOMAEI.

**D**igna profus est soboles, quæ Macedonium Imperer genti Roxanis vel Arsinae filius, cuius nomen quoque in Europa di-

cere pigeat. Maiore ex parte captiuus est. Cui Perfas vicerimus, vt furpi eorum Ieruiamus! quod iusti illi reges Darius, & Xerxes, tot millium agminibus, tantisque clatibus ne quicquam periuerunt. Mea sententia hæc est, vt sede Alexandri in regia posita, qui consilij eius adhibebantur, coeant, quoties in commune consulto opus fuerit, eoque quod maior pars eorum decreuerit, statuo. Duces praefectique copiarum his praecant.

## ORATIO MELEAGRI.

*Dura, & aspera, quæ truculentum oratorem facile arguat.*

**N**ec Dijs fuerint, vt Alexandri fortuna, tantique regni fastigium in istos humeros ruat, homines certe non ferent. Nihil dico, de nobilioribus, quam hic est, sed de viris tantum, quibus inuitis nihil perpeti necesse est. Nec vero interest Roxanis filium quandoeunque genitus erit, an Perdicam regem habeatis, cum iste subterclæ specie regnum occupaturus sit. Itaque, nemo ei rex placet, nisi qui nondum natus est, & in tanta omnium festinatione, non iusta modo, sed etiam necessaria, exactos menses solus expectat, & iam diuinat: mare esse conceptum, quem vos dubitatis paratum esse, vel subdere. Si mediis fidius, Alexander hunc nobis regem post se reliquisset, id solum, ex his, quæ imperasset non faciendum esse censerem. Quin igitur ad diripiendos thesauros discurritis: Harum enim opum regiarum, vtique populus est hæres.

CONSULTATIO PERSARVM DE STATU  
Monarchia, & Aristocrazia, Democratia.

## OTANIS. ORATIO PRO IMPERIO POPVLARI.

Ex Herodoto.

Argumentum.

*Oppresso Mago, qui Persarum errore abusus erat ad regnum occupandum, quæ inter regnum erat, consultant proceres, quid facta opus sit, & quod genus administranda Republica*